



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis  
Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

S. D. N. D. Gregorij Papa XIII. Constitutio de praedicatione facienda Judaeis  
semel in Hebdomada.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

delinquendi, flagra, remigia, etiam perpetua, rerum quoque publicationes, exilia, aliaq; atrociora de A cernant, & alias de eis exempla edant, quæ sceleratos illos deterreant ab huiusmodi flagitijs in post-  
rum admittendis. Nos enim venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus Inquisitoribus gê-  
neralibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum Prælatis, ac etiam alijs præ-  
dictis Inquisitoribus in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipimus, & mandamus, ut prælen-  
tes nostras litteras in Cuiitatibus, & locis cuiq; subiectis publicare, & iuxta illarum tenorem proce-  
dere, ipsaq; debita executioni mandate procurent. Decernentes irritum, & inane quicquid secus  
per quoscunque scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & or-  
dinationibus Apostolicis, necnon exemptionibus, priuilegijs, immunitatijs, commeatibus, in fidem  
publicam receptionibus, & tolerantij prædictis, ludeis, & alijs infidelibus Maranis, & Apostatis,  
tam in Dominis, Terris, & locis nostris, & sedi Apostolica mediate, vel immediate subiectis, quam  
alibi vbiunque Reginorum, Provinciarum, & Dominicorum, gentium, & locorum commorantibus,  
uel in ea ex quibusuis Regnis, & partibus tam fidelium, quam infidelium confluentibus, eorumque  
Iudicibus, aduocatis, & defensoribus quacunque auctoritate, potestate, & dignitate fungantur, etiam B  
ad instantiam Imperatoris, Regum, Ducum, & quorumvis aliorum Principum tam per fel. rec. Paulum III. Decimo Kal. Martij, & Iulium etiam III. Non. Decembbris, Tertio anno sui cuiusque Pontificatus, quam etiam quoscunque alios anteiiores, & posteriores Romanos Pontifices, ac nos, & sedem  
Apostolicam, euq; legatos, ac etiam Cameram Apostolicam sub quibusunque tenoribus & for-  
mis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, etiam Moru proprio, & alias quomodo cuunque haec tenus  
concessis, confirmatis, & innouatis, atque in posterum concedendis, confirmandis, & innouandis;  
quæ omnia etiam si de illis, illorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua men-  
tio, aut aliqua alia forma ad hoc seruanda fore, tenores huiusmodi, ac si ad verbum inferentur præ-  
sentibus pro plene expressis habentes harum serie specialiter, & expressè reuoramus, abrogamus, &  
omnino abolemus, & erilique contrarijs quibuscumq;. Volumus autem praesentes in locis Vbis con-  
fiteis de more publicari, & earum exemplis etiam impressis manu Notarij publici, & sigillo Sanctæ  
Romanae, & voinalis Inquisitionis, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constituta munitis, can-  
demperimus fidem ubique tam in iudicio, quam extra illud adhuc ibi, que adhiberetur eisdem præ-  
sentibus si effector exhibitus uel ostendat. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostro-  
rum statuti, declarationis, delegationis, præcepti, mandati, decreti, revocationis, abrogationis, aboli-  
tionis, & voluntatis instigere, uel ei auctu temeratio contraire. Si quis autem hoc attentate præsum-  
pserit, indignationem omnipotens Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit in-  
cursurum. Dar. Romæ apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominiæ Millesto quingente-  
simi octuagessimo primo, Kal. Iunij, Ponificatus nostri anno decimo.

M. Datatius.

Cf. Glorierius.

A. de Alexijs.

Anno a Natiuitate Domini M. D. LXXXI. Indictione nona, die vero decima mensis Iunij, D  
Pontificatus sanctissimi in Christo patris & D N. D. Gregorij diuina prouidentia Papa xij. An. decimo,  
Retroscripta litteræ Apostolice, affixe & publicate fuerunt ad Valvas Ecclesie S. Ioan. Latheranensis,  
Basilice principis Apostolorum de Urbe Cancellarie Apost. et in Acie Campi Floræ, ac etiam ad Valvas  
sepi Hebraeorum, per nos Petrum Aloystium Gaytam, et Nicolaum Tagliettum, Apostolicos Cursores.

Antonius Ludouicus Magister Curs.

S. D. N. D. Gregorij Papa XIII. Constitutio de prædicacione facienda  
Judeis semel in Hebdomada.

Edita Rome  
anno 1584.Fuit publicata  
& impresa Ro-  
me anno 1584.

R E G O R I V S Episcopus seruorum seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Sancta Mater Ecclesia, cuius Christus caput est, ingenitam suam charitatem ad omnes late diffundens, antiquæ Israëlitica gentis, populique Dei peculiares reliquias pio nunquam desinit affectu miserari; grauiterq; contrastatur ludorum quondam na-  
tionem præcipuis auctam muneribus, & gratijs (cuius erat adoptio filiorum, glo-  
ria, testamentum, legislatio, obsequium & promissa, unde etiam Christus Salvator  
noster secundum carnem nasci dignatus est) per diuersas orbis partes tot iam saecula dispersam; ac  
contagiosi gregis more per inuia, & iniquoq; misere uagantem, verbi Dei fame, & aquæ refectionis  
siti perire, longeque non a terrena tantum, super quam Dominus fleuit, sed quod grauius est, a cele-  
sti quoque Hierusalem, nisi Christum, quem negauit confiteatur, exturbari: Qua miseratione, &  
merore nos quoque non leuiter commoti, in dies semper aliquid excogitamus, unde eorum con-  
uersioni & saluti opportunius prouideatur, ipsisque ad intelligentiæ uiam, quam sibi præcluserunt,  
ualeant

# Officio Sanctissimæ Inquisitionis. 141

- A** valeant Deo proprio peruenire. Quare sollicito hæc animo meditant-s, ac felicis recordationis Nicolai Pape V. nonnullorumque Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum vestigijs in hæren-  
tes, præsenti constitutione generali, Præcipimus omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, &  
alijs ecclesiasticis Prelatis, etiam Cardinalatus honore præditis, ut in suis quisque ciuitatibus, terris,  
& locis, in quibus competens aliquis numerus Iudeorum, qui synagogam constitutat, commemoratur. De eadem ma-  
teria extat simili s. Nicolai Fa-  
curent Sabbati, vel alio cuiuscunq; hebdomadis statuto die, ad Iudeos ipsos in locum præstitum, 1. s. Nicolai Fa-  
non tamen sacrum, nec ubi sacra confici solent, conuocatos, per aliquem Magistrum in Theologia, incip. Vineam  
aliumve idoneum uitum ab eis eligendum, cum mercede congrua illi ex ipsorum H. brorum colla-  
zione, aut alijs prout commodius eis videbitur. Hebraicæ, si fieri poterit, lingue peritum, sermones,  
uel lectiones haberi, in quibus illi exponantur scripturae veteris Testameti, Mosis scilicet, & Prophe-  
tarum, præsertim vero quæ eo sabbato leguntur, seu lectæ in eorum sint synagogis, iuxta sanctorum  
tamen Patrum interpretationes, & verum catholicæ Ecclesiæ sensum: ac in eis dissenserunt de ueritate  
Christianæ fidei: de certo aduentu, & Incarnatione Filii Dei; illiusque Natiuitate, uita, miraculis pa-  
**B**sione, morte, sepultura, descensu ad inferiores, resurrectione, in cælum ascensione, de eius Evangelio  
in toto terrarum orbe per Apostolos eius, & alios Sanctos predicato, innumeris atque clarissimis  
uirtutibus, & illustrium miraculorum gloria confirmato: ac de eius spirituali & uero regno, & de im-  
pio idolorum cultu sublatu, & gentium uocatione, de perpetua tum Hierusalem, & terræ corundem  
Iudeorum desolatione, tum ipsorum vbiique terrarum dispersione, captiuitate, & de alijs similis argu-  
menti dogmatibus, & articulis ex lege, & Prophetis: de diuina præterea, & irrita Iudeorum aduen-  
tus Messie, & carnalis illius Regni expectatione, de uana eorum, quæ sepe, quinimo quotidie eos  
frustrata est, spe reditus in terram promissionis, & restauratiois tertii templi; & demum de multipli-  
cibus, & variis erroribus, & heresis eorum, in quas miserime se demiserunt, postquam Christum  
Dominum in carne uenientem, agnoscere noluerunt: & de falsa per eorum Rabbinos tradita fa-  
cerum Scripturarum interpretatione; quarum literarum, & sensum, fabulis mendacijs, & uarijs do-  
lis & modis detorquentes corruperint, & depravauit; & hancenam corruptum pere, & depravare non de-  
sinunt: deque omnibus aliis, quæ eos possint ad agitationem fidei, ad errorum suorum correctionem,  
**C** ad orthodoxamq; fidem conuertere, pro loci, temporis, sumptuq; argumenti ratione prudenter agat,  
ueris, & ex sacra Scriptura de promptis demonstrationibus, nulla cum obreceptione, aut itacundia, sed  
magna cum charitate, & modestia, ueritatis lumen illis aperire conentur. Ad quos sermones, & le-  
ctiones volumus vniuersos, & singulos veriusque lexus Iudeos a duodecim annis supra, infirmitate,  
aut alia legitima causa, de qua ordinarios docere debeat, non impeditos, in Ciuitate & locis, ut præ-  
ferrunt habitantes, uel aliunde aduenientes, etiam si inibz domicilium non habeant, ita per circuitum  
conuenire, ut tercia saltus eorum pars, nec vñquam minor semper ad sit. *Quod si facere neglexerint,*  
*interdicti cum fidelibus commercii, & alijs penis arbitrio ordinarii pro contumacia modo, impo-*  
*nendis, donec satisfecerint competenter, ad ipsos sermones audiendos compellantur.* Si quis vero de  
numero fidelium ita fuerit salutis aut sui, aut proximi sui, de quo vnicuique mandatum est, imme-  
mor, qui eos a salutaribus huiusmodi sermonibus, seu lectionibus directe, uel indirecte abduxerit,  
aut impedierit, seu contenderit quoquomodo, excommunicationis sententia sit eo ipso ligatus, & con-  
**D**tra eum ad alias penas ordinarii arbitrio omnino procedatur. Ceterum Imperatorem, Regesque, &  
Principes omnes, necnon Republicas, Magistratus, & dominos temporales seculares rogauit, &  
obtestauit in Domino, vt Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis ordinariis predicitis eorum  
que vicariis, & ministris suum in premissis auxiliis præstent, amplissimum ab omnipotenti Deo  
præmium in supremis gloria eternæ tabernaculis habuit. Et quoniam difficile nimis esset præsen-  
tes ad omnia loca, quibus illis opus erit, perferri. Volumus, vt earum exemplis etiam impressis, ma-  
nu publici Notarii subscriptis, & sigillo Prelati, aut personæ in dignitate Ecclesiastica constituta mu-  
nitis, eadem omnino fides ubique adhibetur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si essent exhibi-  
te uel ostense.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo  
octuagesimo quarto, Kal. Septembri, Pontificatus nostri anno tertiodicimo.

Cel. Glorietius,

M. Card. S. Stephani.

A. de Alexijs.

Anno a Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo octuagesimo quarto, Indictione duodecima,  
die vero decimaquarta mensis Septembri, Pontificatus Sanctijs in Christo patris et D.N.D.Gregorij,  
divina prouidentia Papa XIII. Anno decimotertio, retroscriptæ litteræ Apostolicae, affixa, & publica-  
tæ fuerunt in Valuis Ecclesiasticis S. Ioannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Urbe, neenon  
Cancellarie Apostolicae, & Acie Campi Flora, & ibi per aliquod spatium temporis dimissa per nos Ca-  
listum Brunettum, & Nicolaum Tagliettum, eiusdem S.D.N.Papæ Cursores.

Io. Frelle Mag. Cur.

Registrata apud Cesarem Secretarum.

SIX T VS